

his ornamentis decorari debeat, senatum censere, atque e republicâ existimare, ædiles curules edictum, quod de funeribus habeant, Ser. Sulpicii, Q. F. Lemoniâ, Rufi, funeri mittere: utique locum sepulcro in campo Esquilino C. Pansa consul, seu quo in loco videbitur, pedes triginta quoquoversus designet, quo Ser. Sulpicius inferatur. Quod sepulcrum ipsius, liberorum, posterorumque ejus sit, uti quod optimo jure sepulcrum publicè datum est.

*Censere*, decreta y juzga conveniente que los ediles curules dispensen en el funeral de Servio, etc., el edicto que tienen acerca de los entierros. *Designet*, señale treinta piés de sitio en, etc., para enterrar á Servio Sulpicio. *Ut quod*, como que es sepulcro concedido con justísima razon por orden del senado.

---

### ANÁLISIS.

Esta oracion pertenece al género deliberativo, pues se dirige á probar debe levantarse estatua á Serv. Sulpicio; y por cuanto comprende sus alabanzas, pertenece al demostrativo, y es en modelo de oracion fúnebre. Su estilo es mediano, y algo mas sutil cuando alaba á Sulpicio. Las partes de que consta son exordio, narracion, proposicion, confirmacion y epiflogo.

En el exordio manifiesta su dolor y el mérito de Serv. Sulpicio, alabando tambien á Filipo y á Pison, *Vellem*.

En la narracion expone que salió enfermo sin esperanza de volver, y no rehusó exponer su vida, sin que lo impidiesen los trabajos del camino, y que al fin murió, *Quòd si cuiquam*; y alaba al cónsul Pansa, *Ut igitur*: sigue la proposicion, que se le debe levantar la estatua, *Quibus a te*.

En la confirmacion prueba por la ley de los mayores, cuyo sentido explica, *Etenim cui*; por los ejemplos de los embajadores á quienes mandó matar el rey Tolumnio, *Lar Tolumnus*; de Octavio, *Cn. Octavii*; de Cluvio, Roscio, Ancio y Falcinio, *Atqui*; á todos los cuales se les levantaron estatuas. Prueba que la embajada le causó la muerte, pues salió enfermo por obedecer al senado, *Nunc autem quis*; que el mismo Antonio fué causa de su muerte, *Non igitur magis*; y el senado por no haber dado oídos á sus excusas, *Quòd si excusationem*; y el mismo

cónsul, *Ut vero Pansa*: por donde concluye se le debe erigir la estatua, *Reddite*.

Hace una digresion alabando las prendas del difunto, *Nam reliqua*; y su sabiduria en la jurisprudencia, *Nec verò*; expone que la estatua será un monumento de su honrosa vida y del agradecimiento del senado, *Hæc enim statua*; y un consuelo para su hijo, *Et quidem*. Interpreta la voluntad del difunto sobre la estatua, á saber, que sea de bronce, y á pié, *Mihi autem*; y confirma su dictámen con el de P. Servilio, *Atque hanc*; y exhorta al senado le conceda sepulcro y estatua, *Augeatur*.

En el epilogo pone el decreto que debe expedir el senado, expresando todas las circunstancias de su embajada, muerte y sitio para la estatua y sepulcro, *Quas ob res*.

---

### ORATIO

### PRO LEGE MANILIA

---

### ARGUMENTO.

Habiendo el pueblo romano sostenido una larga guerra contra Mitridates, rey del Ponto, obtuvieron el mando de las tropas, primeramente Sila y despues L. Luculo. Aunque uno y otro hicieron graves daños al enemigo, no pudieron concluir la guerra, porque Sila tuvo que volver á Roma con motivo de la sedicion de Mario, y L. Luculo, su sucesor, cuando ya tenia puesto en el mayor apuro al enemigo, no le derrotó completamente por una sedicion que se movió entre sus soldados, por cuya causa le hizo el senado volver á Roma. Para continuar esta guerra contra Mitridates y Tigranes promulgó Manilio, tribuno de la plebe, una ley en que nombraba

por general á Pompeyo, dándole el gobierno de las provincias que tenia Luculo. Algunos llevaban á mal se diese tanto poder á Pompeyo, disminuyéndose la gloria de Luculo, pero nadie se atrevió á oponerse sino Catulo y Hortensio. Ciceron tomó á su cargo la defensa de la ley promulgada por Manilio con la siguiente oracion.

Quaquam mihi semper frequens conspectus vester multò jucundissimus, hic autem locus ad agendum amplissimus, ad dicendum ornatissimus est visus, Quirites; tamen hoc aditu laudis, qui semper optimo cuique maximè patuit, non mea me voluntas, sed meæ vitæ rationes ab ineunte ætate susceptæ prohibuerunt. Nam cùm antea per ætatem nondum hujus auctoritatem loci contingere auderem; statueremque, nihil huc nisi perfectum ingenio, elaboratum industriâ, afferri oportet:

**INTERPRETACION.** *Frequens*, la vista de vuestra numerosa concurrencia me ha sido siempre muy gustosa, y este puesto me ha parecido el mas condecorado para tratar causas, y honroso para hablaros. *Sed*, sino el método de vida que he seguido desde mis primeros años, me estorbó la entrada para la gloria que estubo siempre abierta. *Cùm*, no atreviéndome aun por mis pocos años á subir á este puesto tan autorizado, y persuadiéndome que no convenia decir aquí cosa alguna que no estuviese perfeccionada por el ingenio y trabajada con esmero...

NOTAS Y ART. RET. *Quaquam*, exordio tomado de las causas, que comprende este silogismo: No teniendo yo antes ni bastante autoridad ni facultad, no debia subir á este sitio; al presente la tengo; luego ya puedo hablaros desde este sitio.

*Hic autem*, este lugar era la plaza pública llamada *pro Rostris*.

*Quirites*, los caballeros romanos tomaron el nombre de *Quirites*, porque en el tiempo del reinado de Rómulo hicieron alianza con Ta-

cio, rey de los Sabinos, cuya corte era *Cures*, de cuyo nombre comenzaron á llamarse *Quirites*, como en señal de cariño que mutuamente se tenían.

*Hoc aditu*, entre los Atenieses y Romanos ningun medio habia mas proporcionado para obtener dignidades que la elocuencia; y aquel que en ella sobresalia, era el primero de quien por lo comun echaban mano para los mas grandes empleos.

*Nam cùm*, asuncion.

tere: omne meum tempus amicorum temporibus trasmittendum putavi. Ita neque hic locus vacuus unquam fuit ab iis, qui vestram causam defenderent; et meus labor in privatorum periculis castè integrèque versatus, ex vestro judicio fructum est amplissimum consecutus. Nam cùm propter dilationem comitorum ter prætor primus centuriis cunctis renuntiatus sum, facilè intellexi, Quirites, et quid de me judicaretis, et quid aliis præscriberetis. Nunc cùm et auctoritatis in me tantum sit, quantum vos honoribus mandatam esse voluistis: et ad agendum facultatis tantum, quantum homini vigilantibus forensi usu prope quotidiana dicendi exercitatio potuit afferre; certè et si quid auctoritatis in me est, eà apud eos utar qui eam mihi dederunt; et si quid etiam dicendo consequi possum, iis ostendam potissimum, qui ei quoque rei fructum suo judicio tribuendum esse censuerunt. Atque illud in primis mihi lætandum jure esse video, quòd in hac insolitâ mihi ex hoc loco ratione dicendi causa talis oblata est, in quâ oratio nemini deesse potest. Dicendum est enim de Cn. Pompeii singulari eximiâque virtute: hujus autem orationis difficilior est exitum, quàm principium invenire. Itaque mihi non tam copia quàm modus in dicendo quaerendus est.

*Amicorum*, en socorrer á mis amigos en sus trabajos. Ni jamás faltaron en este lugar. *Castè*, empleado honrosa y desinteresadamente en los trabajos de los particulares, ha conseguido el fruto mas colmado en la opinion que habeis formado de mí. *Propter*, por haberse dilatado los comicios. *Cùm renuntiatus*, con haber yo sido nombrado tres veces primer pretor por voto de todas las centurias. *Quid*, el juicio que habiâis formado de mí, y el que queriâis formasen los demás. *Et ad agendum*, y tanta facilidad para perorar. *Vigilanti*, estudioso. *Qui ei*, que por su voto juzgaron que se debia dar premio á esta facultad. *In hac*, en este no usado modo de decir desde este puesto. *Oratio*, palabras. *Exitum*, el fin. *Non tam*, no tanto debo buscar la abundancia como la moderacion en mi discurso...

*Amicorum*, casi las mas veces usa Ciceron la palabra *tempora* en plural en el significado de trabajos, penalidades y ahogos.

*Privatorum*, entre los Latinos esta palabra *privatus* significa aquel que nunca ha obtenido cargo público.

Atque ut inde oratio mea proficiscatur, unde hæc omnis causa ducitur, bellum grave et periculosum vestris vectigalibus atque sociis a duobus potentissimis regibus inferitur, Mithridate et Tigrañe: quorum alter relictus, alter lacessitus, occasionem sibi ad occupandam Asiam oblatam esse arbitrat. Equitibus romanis, honestissimis viris, afferuntur ex Asia quotidie litteræ, quorum magnæ res aguntur, in vestris vectigalibus exercendis occupatæ: qui ad me pro necessitudine, quæ mihi est cum illo ordine, causam reipublicæ, periculaque rerum suarum detulerunt: Bithyniæ, quæ nunc nostra provincia est, vicos exustos esse complures: regnum Ariobarzani, quod finitimum est vestris vectigalibus, totum esse in hostium potestate: Lucillum, magnis rebus gestis, ab eo bello discedere: huic qui succurrerit, non satis esse paratum ad tantum bellum administrandum; unum ab omnibus sociis et civibus ad id bellum imperatorem deposci atque expeti: eundem hunc unum ab hostibus metui, præterea neminem.

Causa quæ sit, videtis: nunc quid agendum sit, considerate.

*Proficiscatur*, tome su principio de donde lo tiene toda esta causa. *Vectigalibus*, provincias tributarias. *Viris*, sugetos honradísimos, que tienen en riesgo sus grandes caudales empleados en la cobranza de vuestras rentas. *Pro necessitudine*, por la conexión que yo tengo con aquel gremio, han puesto en mis manos el estado de la república y el riesgo en que están sus intereses. *Bithyniæ*, que han sido quemadas muchas aldeas de Bitinia. *Huic*, el sucesor de este. *Deposci*, y que á este solo piden y esperan con ansia.

*Causa*, cual es el estado de la causa. *Agendum*, resolver..

*Mithridate*, este era rey del Ponto y Tigranes de Armenia.

*Alter*, Mitridates, con quien dejó de continuar la guerra Luculo por la sedición que se levantó entre los soldados de su ejército.

*Alter lacessitus*, este fué Tigranes, rey de Armenia, á quien habiéndose refugiado el rey Mitridates para su defensa, fueron uno y otro derrotados en campañas diferentes por Lucio Luculo, el que en una de ellas le tomó á Tigranes la capital

de su reino, llamada de su nombre Tigranocerta.

*In vestris*, esta cobranza era del diezmo de los labradores, de los derechos de entrada de los mercaderes, y de lo que pagaban los ganaderos por los pastos públicos.

*Bithyniæ*, provincia del Asia Menor.

*Huic qui*, Glabrioñ fué al cabo el sucesor de Lucio Luculo, á quien este entregó una grande parte de su ejército.

Primùm mihi videtur de genere belli, deinde de magnitudine, tum de imperatore deligendo esse dicendum.

Genus est enim ejusmodi, quod maximè vestros animos excitare atque inflammare debet: in quo agitur populi romani gloria, quæ vobis a majoribus, cum magna in rebus omnibus, tum summa in re militari tradita est: agitur salus sociorum atque amicorum, pro quâ multa majores vestri magna et gravia bella gesserunt: aguntur certissima populi romani vectigalia et maxima, quibus amissis, et pacis ornamenta, et subsidia belli frustrâ requiretis: aguntur bona multorum civium quibus est a vobis et ipsorum et reipublicæ causâ consulendum.

Et quoniam semper appetentes gloriæ prætor ceteras gentes, atque avidi laudis fuistis, delenda est vobis illa macula Mithridatico bello superiore suscepta, quæ penitus jam inedit atque inveteravit in populi romani nomine; quòd is, qui unâ die, totâ Asia, tot in civitatibus, uno nuntio atque unâ litterarum significatione, cives romanos necandos, trucidan-

*Genus*, porque es de tal naturaleza, que debe mover é inflamar, etc. *In quo*, en la cual se interesa la gloria del pueblo romano. *Cum magna*, grande en todos los asuntos del gobierno; pero sobre todo en las empresas militares. *Salus*, la conservacion. *Gravia*, sangrientas. *Aguntur*, se interesan las mas seguras y cuantiosas rentas del pueblo romano. *Pacis*, echareis menos el lustre en tiempo de paz, y los recursos en el de guerra.

*Appetentes*, codiciosos de gloria y anciosos de alabanza mas que las demás naciones, deveis quitar aquel borron que echásteis en vuestra fama. *Quæ*, el que ya del todo se ha extendido y envejecido...

*Primùm mihi*, division en tres partes.

*Genus est*, prueba de la primera parte por las causas finales: Aquella guerra se debe emprender en que van la gloria, la conservacion, las rentas públicas y particulares; en esta guerra contra Mitridates interesan estas cuatro cosas; luego debe emprenderse.

*Et quoniam*, primer miembro de la asuncion (la gloria). Es cosa vergonzosa á los Romanos no vengar las graves injurias recibidas del enemigo; habeis recibido graves injurias de Mitridates, luego es vergonzoso no vengarlas, é interesa en ello vuestra gloria.

*Delenda est*, prueba de la asuncion de este silogismo por adjuntos

dosque denotavit, non modò adhuc pœnam nullam suo dignam scelere suscepit, sed ab illo tempore annum jam tertium et vigesimum regnat; et ita regnat, ut se non Ponto neque Cappadociæ latebris occultare velit, sed emergere e patrio regno, atque in vestris vectigalibus, hoc est, in Asiæ luce, versari. Etenim adhuc ita vestri cum illo rege contenderunt imperatores, ut ab illo insignia victoriæ, non victoriam reportarent. Triumphavit L. Sylla, triumphavit L. Murena de Mithridate, duo fortissimi viri, et summi imperatores; sed ita triumpharunt, ut ille pulsus superatusque regnaret. Verumtamen illis imperatoribus laus est tribuenda, quòd egerunt; venia danda, quòd reliquerunt: propterea quòd ab eo bello Syllam in Italiam respublica, Murenam Sylla revocavit. Mithridates autem omne reliquum tempus, non ad oblivionem veteris belli, sed ad comparationem novi contulit: qui posteaquam maximas ædificasset ornassetque classes, exercitusque permagnos, quibuscumque ex gentibus potuisset, comparasset, et se Bosphoranis, finitimis suis, bellum inferre simulasset, usque in Hispaniam legatos Ecbatanis misit ad eos duces, quibuscum tum bellum gerebamus: ut, cum duobus in locis disjunctissimis maximèque diversis, uno consilio, a binis

*Denotavit*, porque aquel que señaló un día fijo, con solo un aviso é insinuacion de una carta, para quitar la vida y pasar á cuchillo á los ciudadanos romanos que se hallaban en el Asia y en tantas ciudades. *Pœnam*, castigo correspondiente. *Latebris*, en los escondrijos. *Versari*, pasearse por vuestras provincias tributarias, esto es, por lo mas lucido del Asia. *Pulsus*, derrotado y vencido, quedó reinando. *Venia*, se les debe disimular por lo que dejaron de hacer. *Omne*, empleó todo el tiempo que le quedó, no en olvidar la antigua guerra, sino en hacer preparativos para otra nueva. *Maximas*, despues de haber construido y equipado muy grandes armadas. *Permagnos*, numerosísimos. *Simulasset*, y aparentando. *Ecbatanis*, desde Ecbatana. *Ad eos*, á aquellos capitanes. *Ut cum*, para que viéndose oprimidos por mar y tierra por dos ejércitos de enemigos que iban de comun acuerdo en dos lugares muy

*Bosphoranis*, los habitantes del Bósforo de Tracia, que por el occidente confina con el Ponto Euxino.

*Ecbatanis*, esta fué metrópoli de la Media mayor, corte de Mitridates; su fundador el rey Seleuco.

*Duces*, estos eran Sertorio y sus partidarios.

*Duobus*, dice esto el orador, porque Sertorio hacia en España la guerra y Mitridates en el Asia.

hostium copiis bellum terrâ marique gereretur, vos ancipiti contentione distracti, de imperio dimicaretis. Sed tamen alterius partis periculum, sertorianæ atque hispaniensis, quæ multò plus firmamenti ac roboris habebat, Cn. Pompeii divino consilio ac singulari virtute depulsum est; in alterâ parte ita res a L. Lucullo summo viro est administrata, ut initia illa gestarum rerum magna atque præclara non felicitati ejus, sed virtuti: hæc autem extrema, quæ nuper acciderunt, non culpæ, sed fortunæ tribuenda esse videantur. Sed de Lucullo dicam alio loco, et ita dicam, Quirites, ut neque vera laus ei detracta oratione nostrâ, neque falsa afficta esse videatur. De vestri imperii dignitate atque gloriâ, quoniam is est exorsus orationis meæ, videte quem vobis animum suscipiendum putetis. Majores vestri sæpe, mercatoribus ac navicularibus injuriosius tractatis, bella gesserunt: vos tot civium romanorum millibus uno nuntio, atque uno tempore necatis, quo tandem animo esse debetis? Legati quòd erant appellati superbis, Corinthum patres vestri, totius Graciæ lumen, extinctum esse voluerunt: vos eum regem inultum esse patiimini, qui legatum populi romani, consularem, vinculis ac verberibus atque omni supplicio excruciatum necavit? Illi libertatem

remotos y diversos, divididas vuestras fuerzas con dos diferentes peligros, os viéseis en riesgo de perder el imperio. *Alterius*, del otro partido. *Plus*, que era mas fuerte y vigoroso, se desvaneciò por la extraordinaria prudencia. *Administrata*, se manejó. *Extrema*, estos infortunios que acaban de suceder. *Fortunæ*, á su desgracia. *Ut neque*, que ni parezca que le quito en mi discurso las alabanzas que merece, ni le doy las que no se le deben. *Quem vobis*, ¿qué resolucion os parece que debéis tomar? *Mercatoribus*, por haber sido tratados mal de palabra vuestros ciudadanos que comerciaban y traficaban por mar, etc. vosotros ¿con qué ojos debéis mirar el que hayan sido muertos tantos miles de ciudadanos romanos con solo un aviso y á un mismo tiempo? *Superbiis*, con algo de altanería. *Corinthum*, determinaron reducir á cenizas á Corinto, que era el decoro de toda la Grecia, y sufrireis no se tome venganza de un rey...

*De vestri imperii*, prueba de la proposicion del silogismo principal por comparacion de menor á mayor.

*Legatum*, este fué Manlio Atilio, á quien el rey Mitridates por odio al pueblo romano mandó que le llevasen á la vergüenza montado en un

civium romanorum imminutam non tulerunt : vos vitam eripitam negligetis? Jus legationis verbo violatum illi persecuti sunt : vos legatum populi romani, omni supplicio interfectum, inultum relinquetis? Videte, ne, ut illis pulcherrimum fuit tantam vobis imperii gloriam relinquere, sic vobis turpissimum sit illud, quod accepistis, tueri et conservare non posse.

Quid quod salus sociorum summum in periculum ac discrimen vocatur? Regno expulsus est Ariobarzanes rex, socius populi romani atque amicus; imminent duo reges toti Asiae, non solum vobis inimicissimi, sed etiam vestris sociis atque amicis : civitates autem omnes, cuncta Asia atque Graecia vestrum auxilium expectare, propter periculi magnitudinem, coguntur; imperatorem a vobis certum deponere, cum praesertim vos alium miseritis, neque audent, neque id se facere summo sine periculo posse arbitrantur. Vident et sentiunt hoc idem, quod et vos, unum virum esse, in quo summa sint omnia, et eum prope esse : quo etiam carent aegrius : cujus adventu ipso atque nomine, tametsi ille ad maritimum bellum venerit, tamen impetus hostium repressos esse intelligunt ac retardatos. Hi vos, quoniam liberè loqui non licet, tacite rogant, ut se quoque, sicut ceterarum provinciarum socios, dignos existimetis, quorum salutem tali viro commendetis. Atque hoc

*Imminutam*, se menoscabase. *Negligetis*, ningun caso hareis de que les quiten la vida? Ellos vengaron una injuria verbal becha á la dignidad de los embajadores. *Pulcherrimum*, cosa muy honrosa. *Imperii*, un imperio tan glorioso. *Sic*, así para vosotros sea cosa muy indecorosa.

*Quid*, ¿y qué diré de que el bienestar de los aliados corre el mas grande peligro y riesgo? *Certum*, determinado. *In quo*, en quien se hallan todas las buenas prendas en sumo grado. *Quo etiam*, por lo que les es tambien mas sensible su falta. *Impetus*, se ha reprimido y cortado. *Tacitè*, con su silencio os piden, ya que no se les permite hablar libremente...

borrico hasta Pérgamo, en donde mandó que le quitasen la vida haciéndole beber oro derretido.

*Quid quod*, segundo miembro de la asuncion, probado por una dis-

tribucion. Ariobarzanes ha sido echado de su reino por Mitridates, y todos los demás temen lo mismo; luego va en esta guerra la conservacion de los aliados.

etiam magis quam ceteros, quod ejusmodi in provinciam homines cum imperio mittimus, ut etiamsi ab hoste defendant, tamen ipsorum adventus in urbes sociorum non multum ab hostili expugnatione differat. Hunc audiebant antea, nunc praesentem vident, tantam temperantiam, tantam mansuetudinem, tantam humanitatem, ut ii beatissimi esse videantur, apud quos ille diutissime commoratur. Quare si propter socios, nullam ipsi injuriam lacesiti, majores vestri cum Antiocho, cum Philippo, cum Aetolis, cum Pœnis bella gesserunt, quanto vos studio convenit, injuriis provocatos, sociorum salutem unam cum imperii vestri dignitate defendere, praesertim cum de vestris maximis vectigalibus agatur?

Nam ceterarum provinciarum vectigalia, Quirites, tanta sunt, ut iis ad ipsas provincias tutandas vix contenti esse possimus : Asia verò tam opima est et fertilis, ut et ubertate agrorum, et varietate fructuum, et magnitudine pastionis, et multitudine earum rerum quae exportantur facile omnibus terris antecellat. Itaque haec vobis provincia, Quirites, si et belli utilitatem, et pacis dignitatem sustinere vultis, non modò a calamitate, sed etiam a metu calamitatis est defendenda.

*Atque*, y á estos tanto mas que á los otros, cuanto, etc. *Expugnatione*, de una invasion de enemigos. Antes oian hablar de él, ahora le ven con sus ojos tan desinteresado, tan apacible y tan humano, que se tienen por muy dichosos etc. *Quanto*, con cuanto empeño. *Praesertim*, con especialidad interesándose en ello vuestras mas cuantiosas rentas?

*Tanta*, son tan limitadas. *Contenti*, apenas nos alcanzan para, etc. *Magnitudine*, extension de las dehesas y abundancia de aquellos géneros con que se comercia. *Utilitatem*, lo que os sirve de utilidad en tiempo de guerra y de lucimiento en el de paz...

*Quare si*, insta la complexion del silogismo principal por comparacion.

*Praesertim cum*, tercer miembro (van las rentas públicas); por comparacion: Si por algunas rentas públicas debéis mirar, son principalmente las que tenemos en el Asia; estas las perdeis si no emprendéis la guerra con Mitridates; luego la

debeis emprender.

*Nam ceterarum*, prueba de la proposicion.

*Tanta*, el adjetivo *tantus*, *tantum*, no siempre significa *cosa tan grande*, pues tambien significa *cosa tan reducida*, como en este lugar.

*Itaque haec*, asuncion, confirmada con el miedo que causaba en el Asia la guerra de Mitridates.

Nam ceteris in rebus, cum venit calamitas, tum detrimentum accipitur: at in vectigalibus non solum adventus mali, sed etiam metus ipse affert calamitatem. Nam cum hostium copiae non longe absunt, etiamsi irruptio facta nulla sit, tamen pecora relinquuntur, agricultura deseritur, mercatorum navigatio conquiescit. Ita neque ex portu, neque ex decumis, neque ex scriptura vectigal conservari potest. Quare saepe totius anni fructus uno rumore periculi, atque uno belli terrore amittitur. Quo tandem animo esse existimatis, aut eos qui vectigalia vobis pensitant, aut eos qui exercent atque exigunt, cum duo reges cum maximis copiis prope adsint? cum una excursio equitatus per brevi tempore totius anni vectigal auferre possit? cum publicani familias maximas, quas in salinis habent, quas in agris, quas in portibus atque custodiis, magno periculo se habere arbitrentur? Putatisne vos illis rebus frui posse, nisi eos, qui vobis fructuosi sunt, conservaveritis, non solum (ut antea dixi) calamitate, sed etiam calamitatis formidine liberatos?

Ac ne illud quidem vobis negligendum est, quod mihi ego extremum proposueram, cum essem de belli genere dicturus, quod ad multorum bona civium romanorum pertinet, quorum vobis, pro vestra sapientia, Quirites, habenda est ratio diligenter. Nam et publicani, homines et honestissimi et ornatissimi, suas rationes et copias in illam provinciam contu-

*Conquiescit*, cesa el comercio por mar, y así no puede conservarse la renta de entrada de puerto, ni de los diezmos, ni de la escritura de obligación sobre los pastos. *Uno rumore*, con solo divulgarse la voz de que hay peligro, y con solo un temor de guerra, se pierden muchas veces las rentas de todo un año. *Qui exercent*, que las administran y cobran. *Publicani*, los arrendadores ó asentistas. *Custodiis*, registros.

*Negligendum*, ni tampoco debeis hacer poco aprecio de lo último que me propuse. *Bona*, intereses. *Quorum*, en los cuales debe vuestra sabiduría poner toda la atención. *Publicani*, los asen-

*Neque*, pagábase entonces el diezmo de los granos, del vino, aceite, frutas, etc. Por la palabra *scriptura* se entiende aquí la escritura de obligación de pagar un tanto al que tomaba arrendada alguna

dehesa ó prado para pastor.

*Publicani*, estos, pagando una cierta cantidad, administraban de su cuenta las rentas y alcabalas de la república.

*Ac ne illud*, cuarto miembro de

lerunt: quorum ipsorum per se res et fortunae curae vobis esse debent. Etenim si vectigalia nervos esse republicae semper duximus, eum certe ordinem, qui exercet illa, firmamentum ceterorum ordinum recte esse dicemus. Deinde ceteris ex ordinibus homines gnavi et industrii partim in Asia negotiantur, quibus vos absentibus consulere debetis, partim suas et suorum in ea provincia pecunias magnas collocatas habent. Erit igitur humanitatis vestrae, magnum eorum civium numerum calamitate prohibere; sapientiae, videre multorum civium calamitatem a republica se junctam esse non posse. Etenim illud primum parvi refert, vos publicanis amissa vectigalia postea victoriā recuperare. Neque enim iisdem redimendi facultas erit propter calamitatem, neque aliis voluntas propter timorem. Deinde quod nos eadem Asia, atque idem iste Mithridates initio belli Asiatici docuit, id certe, calamitate docti, memoria retinere debemus. Nam tum, cum in Asia res magnas permulti amiserunt, scimus Romae, solutione impedita, fidem concidisse. Non enim possunt una in civitate multi rem atque fortunas amittere, ut non plures secum in eandem calamitatem trahant. A quo periculo prohibete rempublicam, et

tistas, hombres muy honrados é ilustres, tienen sus intereses y haberes empleados en aquella provincia, por cuyos bienes y caudales debeis vosotros mirar. *Si vectigalia*, si siempre hemos tenido á los tributos por el nervio de la república. *Ordinem*, gremio. *Firmamentum*, apoyo. *Homines*, hombres activos é industriosos. *Pecunias*, grandes sumas. *Calamitate*, preservar de calamidad. *Neque iisdem*, ni ellos mismos tendrán fondos para hacer los arrendamientos por su desgracia, ni otros querrán por el temor de padecerla. *Docti*, escarmentados en nuestras propias cabezas. *Res*, grandes caudales. *Solutione*, que por haberse imposibilitado las pagas faltó el crédito (esto es, no hubo quien fiase). *Non enim*, pues no puede ser que muchos hagan quiebra, etc., sin que arrastren consigo á otros muchos á la misma desgracia...

la asunción del silogismo principal (van los bienes de los ciudadanos): y lo prueba por la distribución de los publicanos y demás clases de personas.

*Etenim illud*, responde á una prolepsis por las causas, y niega que se pueda recuperar por la victoria lo que se llegue á perder en

la desgracia.

*Deinde quod*, arguye por los consiguientes así: Se debe procurar no decaiga en Roma la fe pública; es así que decaerá si no se defienden los bienes de los ciudadanos que hay en Asia; luego los debemos defender; y comienza por la asunción probada con un ejemplo.

mihî credite id, quod ipsi videtis. Hæc fides, atque hæc ratio pecuniarum, quæ Romæ, quæ in foro versatur, implicita est cum illis pecuniis asiaticis, et cohaeret. Ruere illa non possunt, ut hæc non eodem labefactata motu concidant. Quare videte num dubitandum vobis sit omni studio ad id bellum incumbere, in quo gloria nominis vestri, salus sociorum, vectigalia maxima, fortunæ plurimorum civium cum republica defenduntur.

Quoniam de genere belli dixi, nunc de magnitudine pauca dicam. Potest enim hoc dici: h. li. genus esse ita necessarium, ut sit gerendum; non esse ita magnum, ut sit pertimescendum. In quo maxime laborandum est, ne forte a vobis, quæ diligentissime providenda sunt, contemnenda esse videantur. Atque, ut omnes intelligant me L. Lucullo tantum impertiri laudis quantum forti viro, et sapientissimo homini, et magno imperatori debeatur, dico ejus adventu maximas Mithridatis copias omnibus rebus ornatas atque instructas fuisse deletas; urbemque Asiæ clarissimam, nobisque amicissimam, Cyzicorum, obsessam esse ab ipso rege maxima multitudo, et oppugnatam vehementissime; quam L. Lucullus virtute, assiduitate, consilio, summis obsidionis periculis liberavit: ab eodem imperatore classem magnam et ornatum, quæ ducibus Sertorianis ad Italiam studio inflammato rape-

*Hæc fides*, este crédito y giro de dinero que hay en Roma y en los bancos, está intimamente unido y enlazado con los caudales del Asia. *Ruere*, no pueden arruinarse aquellos sin que caigan estos al mismo golpe. *Omni studio*, tomar con todo empeño esta guerra.

*Laborandum*, debéis cuidar no os parezca cosa de poco aprecio lo que requiere las mas prontas providencias. *Omnibus*, proveídas y equipadas de todo lo necesario, fueron derrotadas. *Urbemque*, Cizico, ciudad del Asia la mas famosa y amiga nuestra, á la que este mismo rey tenia puesto sitio y combatia con el mayor ardor. *Virtute*, con su valor, teson y prudencia. *Ab eodem*, que el mismo general venció y echó á pique una armada grande y pertrechada. *Studio*, que se dirigia con furioso empeño...

*Quare videte*, complexion del si-logismo general.

*Quoniam*, segunda parte; comprende una prolepsis: que no se debe temer á un enemigo de quien

tantos han triunfado.

*Urbemque*, fué esta la mas principal y magnífica ciudad del Asia, cuyas torres, muros y alcázar eran de mármol.

retur, superatam esse atque depressam: magnas hostium præterea copias multis præliis esse deletas: patefactumque nostris legionibus esse Pontum, qui ante populo romano ex omni aditu clausus esset: Sinopem atque Amisum, quibus in oppidis erant domicilia regis, omnibus rebus ornata atque referta, ceterasque urbes Ponti et Cappadociae permultas uno aditu atque adventu esse captas: regem spoliatum regno patrio atque avito, ad alios se reges atque alias gentes supplicem contulisse: atque hæc omnia, salvis populi romani sociis atque integris vectigalibus, esse gesta. Satis opinor hoc esse laudis, atque ita reputo, ut hoc vos intelligatis, a nullo istorum, qui huic obtrebant legi atque causæ, L. Lucullum similiter ex hoc loco esse laudatum. Requiretur fortasse nunc, quemadmodum, cum hæc ita sint, reliquum possit esse magnum bellum. Cognoscite, Quirites, non enim hoc sine causâ quæri videtur. Primum ex suo regno sic Mithridates profugit, ut ex eodem Ponto Medea illa quondam profugisse dicitur: quam prædicant in fugâ fratris sui membra in iis locis, quæ se parens persequeretur, dissipavisse, ut eorum collectio dispersa, mærorumque patrius, celeritatem persequendi retardaret. Sic Mithridates, fugiens, maximam vim auri atque argenti, pulcherrimarumque rerum omnium, quas et a majoribus ac-

*Patefactumque*, nuestras legiones se abrieron paso por el Ponto, que antes estaba impedido por todas partes. *Sinopem*, y que con sólo llegar y presentarse se apoderó de Sinope y Amiso, en cuyas ciudades tenia el rey sus palacios adornados y llenos de todas preciosidades, y otras muchísimas, etc. *Regno*, echado del reino de su padre y abuelo. *Supplicem*, pasó á pedir amparo. *Integris*, sin menoscabo de las rentas públicas. *Qui huic*, que se oponen á esta ley. *Quam*, de quien cuentan que esparció por los lugares, por donde la iba persiguiendo su padre, los miembros de su hermano, para que la detencion en recogerlos esparcidos, y la tristeza propia de padre, retardase su velocidad en perseguirla. *Vim*, muy grande cantidad de oro y de plata, y de todas las alhajas mas preciosas...

*Requiretur*, responde á la prolepsis primeramente con un simil, así: Mithridates huyó del Ponto como en otro tiempo Medea; esta huyó

como vencedora; luego aquel como vencedor.

*Primum ex*, la proposicion confirmada por comparacion de similes.

ceperat, et ipse bello superiore ex totâ Asiâ direptas in suum regnum congererat, in Ponto omnem reliquit. Hæc dum nostri colligunt omnia diligentius, rex ipse e manibus effugit. Ita illum in persequendi studio mœror, hos lætitia retardavit. Hunc in illo timore et fugâ Tigranes, rex armenius, excepit, diffidentemque rebus suis confirmavit, et afflictum erexit, perditumque recreavit. Cujus in regnum posteaquam L. Lucullus cum exercitu venit, plures etiam gentes contra imperatorem nostrum concitatae sunt. Erat enim metus injectus iis nationibus, quas nunquam populus romanus neque lacosendas bello, neque tentandas putavit. Erat etiam alia gravis atque vehemens opinio, quæ per animos gentium barbararum pervaserat, fani locupletissimi et religiosissimi diripiendi causâ in eas oras nostrum exercitum esse adductum. Ita nationes multæ atque magnæ novo quodam terrore ac metu concitabantur. Noster autem exercitus, etsi urbem ex Tigranis regno ceperat, et præliis usus erat secundis, tamen nimîa longinquitate locorum ac desiderio suorum commovebatur. Hic jam plura non dicam. Fuit enim illud extremum, ut ex iis locis a militibus nostris reditus magis maturus, quàm processus longior quæreretur. Mithridates autem et suam manum jam confirmarat; et eorum, qui se ex ejus regno collegerant, et ma-

*Direptas*, y el mismo habia juntado en su reino del saqueo del Asia. *Diffidentemque*, alentó sus desmayadas esperanzas, le animó en su afliccion, y le hizo volver en sí cuando estaba ya perdido. *Injectus*, se habia apoderado. *Erat*, corria otra opinion que hizo fuerte y grave impresion en, etc. *Concitabantur*, se conmovieron. *Nimîa*, estaba disgustado por la larga distancia de sus países y ausencia de los suyos. *Extremum*, el fin que estó tuvo fué que. *Ex iis*, nuestros soldados trataban mas de dar la vuelta cuanto antes de aquellos lugares que de pasar mas adelante...

*Hunc in illo*, responde en segundo lugar á la prolepsis anterior por adjuntos, asi: aquella guerra es peligrosa que emprende un general nuevo con pocas tropas, y contra muchos reyes y naciones; tal es la guerra Mitridática, luego es peligrosa.

*Cujus in*, asuncion: la guerra Mitridática es contra muchos reyes y naciones, probándolo por la causa eficiente, que es el miedo.

*Urbem*, esta ciudad era la capital de Armenia, fundada por Tigranes, y llamada Tigranocerta de su mismo nombre.

gnis adventitiis multorum regum et nationum copiis juvabatur. Hoc jam ferè sic fieri solere accepimus, ut regum afflictæ fortunæ faciliè multorum opes alliciant ad misericordiam, maximeque eorum, qui aut reges sunt, aut vivunt in regno; quòd regale iis nomen magnum et sanctum esse videatur: Itaque tantum victus efficere potuit, quantum incolumis nunquam est ausus optare. Nam cum se in regnum recepisset suum, non fuit eo contentus, quod ei præter spem acciderat, ut eam, postea quàm pulsus erat, terram unquam attingeret; sed in exercitum vestrum clarum atque victorem impetum fecit. Si nite hoc loco, Quirites (sicut poetae solent qui res romanas scribunt), præterire me nostram calamitatem, quæ tanta fuit, ut eam ad aures L. Luculli non ex prælio nuntius, sed ex sermone rumor afferret. Hic, in ipso illo malo gravissimæque belli offensione, L. Lucullus, qui tamen aliquâ ex parte iis incommodis mederi fortasse potuisset, vestro jussu coactus, quòd imperii diuturnitati modum statuendum veteri exemplo putavistis, partem militum, qui jam stipendiis confectis erant, dimisit, partem Glabroni tradidit. Multa prætereo consulto, sed ea vos conjecturâ perspicitis, quantum illud bellum futurum putetis, quod jungant reges potentissimi, renoveant agitatae nationes, suscipiant integræ gentes, novus imperator

*Juvabatur*, tenia en su auxilio las tropas de aquellos que se habian reunido de su reino, y muchas tropas auxiliares que le enviaron muchos reyes y naciones. Pues sabemos sucede ordinariamente que las desgracias, etc. *Sanctum*, sagrado. *Victus*, por lo cual despues de vencido consiguio lo que en su prosperidad jamás se hubiera atrevido á desear. *Non fuit*, no se contentó con la prosperidad que logró fuera de lo que esperaba, á saber es, poner los piés en el país del que habia sido echado. *Ut eam*, que llegó á oídos de Lucio Luculo, no por algun mensagero que volviere de la batalla, sino por el rumor y voces que corrian. Aqui en esta misma desgracia y perniciosísimo descalabro, etc. *Imperii*, juzgásteis conveniente poner término á la duracion del mando. *Qui jam*, que habian ya cumplido el tiempo de servicio. *Dimisit*, licenció. *Quod*, para la que hace liga. *Integræ*, las naciones que no han padecido aun los descalabros de la guerra...

*Mc in illo ipso*, primera parte de la asuncion; un nuevo general con pocas tropas.

*Stipendiis*, este tiempo de servicio regularmente se extendia á diez años.



vester accipiat, veterem expulso exercitu. Satis mihi multa verba fecisse videor, quare hoc bellum esset genere ipso necessarium, magnitudine periculosum: restat ut de imperatore ad id bellum deligendo, ac tantis rebus præficiendo, dicendum esse videatur.

Utinam, Quirites, virorum fortium atque innocentium copiam tantam haberetis, ut hæc vobis deliberatio difficilis esset, quemnam potissimum tantis rebus ac tanto bello præficiendum putaretis. Nunc verò cum sit unus Cn. Pompeius, qui non modo eorum hominum, qui nunc sunt, gloriam, sed etiam antiquitatis memoriam virtute superavit: quæ res est quæ cujusquam animum in hac causâ dubium facere possit? Ego enim sic existimo, in summo imperatore quatuor has res inesse oportere, scientiam rei militaris, virtutem, auctoritatem, felicitatem. Quis igitur hoc homine scientior unquam aut fuit, aut esse debuit? qui e ludo atque pueritiæ disciplinâ bello maximo atque acerrimis hostibus, ad patris exercitum atque in militiæ disciplinam profectus est? qui extremâ pueritiâ miles fuit summi imperatoris? ineunte adolescentiâ maxi-

*Expulso*, derrotado. *Ac tantis*, y para darle el mando de tan grande empresa.

*Innocentium*, desinteresados, que os fuese difícil deliberar á quien juzgariais mejor para darle el mando de tan gran empresa y de una guerra de tanta consideracion. *Unus*, el único que aventajó en valor á los mas famosos generales que ahora viven, sino tambien á los de la antigüedad de que hay memoria, ¿qué es lo que os puede hacer dudar en esta eleccion? *Summo*, en un consumado general deben hallarse estas cuatro calidades. *Debit*, ó tuvo mas obligacion de serlo? el cual desde la escuela y pueril educacion pasó al ejército de su padre á aprender el arte militar. *Qui extremâ*, el que al fin de su niñez fué á servir en el ejército de un consumado general...

*Satis mihi*, tercera parte, la que trata así: Para esta guerra debe elegirse un general consumado; solo Pompeyo es tal; luego solo este debe ser elegido.

*Utinam*, asuncion probada por las causas: aquel es consumado general en quien se halla ciencia militar, valor, autoridad y felicidad;

en solo Pompeyo se hallan estas calidades, luego solo Pompeyo es consumado general.

*Quis igitur*, primera parte de la asuncion: se halla ciencia militar.

*Extremâ*, cuando tenia ya casi diez y siete años: hasta esta edad extendian la puericia los Romanos.

mi ipse exercitus imperator? qui sæpius cum hoste conflictit, quam quisquam cum inimico concertavit? plura bella gessit, quam ceteri legerunt? plures provincias confecit, quam alii concupiverunt? cujus adolescentia ad scientiam rei militaris non alienis præceptis sed suis imperiis, non offensionibus belli sed victoriis, non stipendiis sed triumphis est traducta? Quod denique genus belli esse potest, in quo illum non exercuerit fortuna reipublicæ? Civile, Africanum, Transalpinum, Hispaniense, mixtum ex civitatibus atque ex bellicosissimis nationibus, servile, navale bellum: varia et diversa genera et bellorum et hostium non solum gesta ab hoc uno, sed etiam confecta, nullam rem esse declarant in usu militari positam, quæ hujus viri scientiam fugere possit.

Jam verò virtuti Cn. Pompeii quæ potest par oratio inveniri? Quid est, quod quisquam aut dignum illo, aut vobis novum, aut cuiquam inauditum possit afferre? Neque enim illæ sunt solæ virtutes imperatoriæ, quæ vulgo existimantur, labor in negotiis, fortitudo in periculis, industria in agendo, celeritas in conficiendo, consilium in providendo: quæ tanta sunt in hoc uno, quanta in omnibus reliquis imperatoribus, quos aut vidimus aut audivimus, non fuerunt. Testis est Italia, quam ille ipse victor L. Sylla hujus virtute et consilio confensus est liberatam. Testis est Sicilia, quam multis undique cinctam periculis, non terrore belli, sed celeritate consilii explicavit. Testis est Africa, quæ magnis oppressa hostium

*Qui sapius*, que tuvo mas batallas campales que riñas ha tenido ningun particular. *Confecit*, conquistó. *Alienis*, no obediendo á otro, sino mandando; no con pérdidas, sino con victorias; no cobrando sueldo, sino triunfando. *Mixtum*, la de la liga de, etc. *Servile*, la de los esclavos. *Nullam rem*, que no hay cosa alguna en el arte militar que se oculte á su penetracion.

*Quæ*, qué elogios pueden igualar. *In agendo*, en la accion, la prontitud en la ejecucion, el consejo en las providencias. *Cinctam*, á la que cuando se hallaba cercada de mayores riesgos, la

*Jam verò*, segunda parte, en que divide las virtudes en dos partes, las que miran á la guerra, y las que miran á las costumbres, así: en aquel se halla el valor militar en quien hay trabajo, fortaleza, industria, celeridad y consejo; todas

estas virtudes se hallan en Pompeyo en sumo grado; luego se halla en sumo grado el valor militar.

*Neque enim*, proposicion.

*Quæ tanta*, prueba de la asuncion por los efectos.

copiis, eorum ipsorum sanguine redundavit. Testis est Gallia, per quam legionibus nostris in Hispaniam iter Gallorum intereptione patefactum est. Testis est Hispania, quæ sæpissime plurimos hostes ab hoc superato prostratosque conspexit. Testis est iterum et sæpius Italia, quæ, cum servili bello tetro periculosoque premeretur, ab hoc auxilio absente expetivit: quod bellum expectatione Pompeii attenuatum atque imminutum est, adventu sublatum ac sepultum. Testes verò jam omnes oræ, atque omnes extræ gentes ac nationes; denique maria omnia, tum universa, tum in singulis oris omnes sinus atque portus. Quis enim toto mari locus per hos annos aut tam firmum habuit præsidium, ut tutus esset? aut tam fuit abditus, ut lateret? quis navigavit, qui non se aut mortis aut servitutis periculo committeret, cum aut hyeme, aut referto prædonum mari navigaret? Hoc tantum bellum, tam turpe, tam vetus, tam latè divisum atque dispersum, quis unquam arbitraretur, aut ab omnibus imperatoribus uno anno, aut omnibus annis ab uno imperatore confici posse? Quam provinciam tenuistis a prædonibus liberam per hosce annos? quod vectigal vobis tutum fuit? quem socium defendistis? cui præsidio classibus vestris fuistis? quam multas existimatis insulas esse desertas? quam multas aut metu relictas, aut a prædonibus captas urbes esse sociorum? Sed quid ego longinqua commemoro? Fuit hoc quondam, fuit proprium populi romani longè a domo bellare, et propugnaculis imperii sociorum fortunatas, non sua tecla defendere. Sociis ego vestris mare clausum per hosce annos dicam fuisse, cum exercitus nostri Brundisio nunquam, nisi summâ hieme, transmisse-

puso en salvo no tanto con el terror de la guerra, cuanto con la prontitud de sus providencias. *Patefactum*, se abrieron paso, etc., sin dejar Galo á vida. *Servili*, grande y peligrosa guerra de los esclavos. *Attenuatum*, vino á menos y se aminoró con la esperanza de Pompeyo, y con su llegada se arruinó y aniquiló. *Oræ*, costas. *Sinus*, golfos. *Hoc tantum*, esta guerra tan grande, tan vergonzosa, de tanta duracion, tan extendida y esparcida por todas partes. *Confici*, se podia concluir en un solo año por todos los generales del mundo, ó por un solo general en todos los de su vida. *Quam multas*, cuántas. *Sed quid*, ¿pero para qué hago yo mencion de desgracias tan antiguas? *Propugnaculis*, con los baluartes del imperio. *Brundisio*, nunca se hicieron á la vela en Brindis sino en el rigor del invierno...

*Brundisio*, Brindis, ciudad de la Calabria.

rint? Quid, cum ad nos ab exteris nationibus venirent, captos querar, cum legati populi romani redempti sint? Mercatoribus tutum mare non fuisse dicam, cum duodecim secures in prædonum potestatem pervenerint? Quid, aut Colophonem, aut Samum, nobilissimas urbes, innumerabilesque alias captas esse commemorem, cum vestros portus, atque eos portus, quibus vitam et spiritum ducitis, in prædonum fuisse potestate sciatis? An verò ignoratis portum Caietæ celeberrimum atque plenissimum navium, inspectante prætore, a prædonibus esse direptum? Ex Miseno autem ejus ipsius liberos, qui cum prædonibus antea ibi bellum gesserat, a prædonibus esse sublato? Nam quid ego Ostiense incommodum, atque illam labem atque ignominiam reipublicæ querar, cum, prope inspectantibus vobis, classis ea, cui consul populi romani præpositus esset, a prædonibus capta atque oppressa est? Proh dii immortales! Tantamne unius hominis incredibilis ac divina virtus tam brevi tempore lucem afferre reipublicæ potuit, ut vos, qui modò ante ostium Tiberinum classem hostium videbatis, ii nunc nullam intra Oceani ostium prædonum navem esse audiat? Atque hæc, quæ celeritate gesta sint, quanquam videtis, tamen a me in dicendo prætereunda non sunt. Quis enim unquam, aut obeundi negotii, aut consequendi quæstus studio, tam brevi tempore tot loca adire, tantos cursus conficere potuit, quam celeriter, Cn. Pompeio

*Captos*, de que hayan sido hechos prisioneros. *Redempti*, ha sido menester rescatar. *Duodecim*, doce pretores. *Vitam*, os dan la vida. *Portum Caietæ*, que los piratas saquearon á vista del pretor el puerto de Gaeta, el mas famoso y, etc. *Ex Miseno*, y que en Miseno se llevaron á los hijos de aquel mismo pretor, etc. *Ostiense*, de la desgracia de Ostia, que es un borron. *Præpositus*, que comandaba. *Tantamne*, tan grande lustre pudo en tan breve tiempo dar á la república. *Ostium*, embocadura. *Intra Oceani*, dentro del estrecho. *Quis*, porqué quien, ó por el deseo de concluir sus negocios, ó de adquirir ganancias, pudo en tan breve tiempo correr tantos países, y concluir tantas navegaciones con la prontitud con que corrió los mares el impetu de la guerra bajo el mando de Pompeyo, el cual estuvo en la Sicilia, dió una vista, etc...

\* *Samum*, Samos, ciudad en la isla del mismo nombre, que está en el mar Egeo ó Archipiélago.

*Caietæ*, este puerto está en la Campania, provincia de la Italia.